



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De causis quare non exaudiuntur orantes. Cap. LXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

dat hodie, cras quoque dare paratus est, tãtum nō negligamus perēdo colligere, quantū sufficit ad salutis profectū. Cū in oratione te sentis exauditū, & id quod petieras esse impletū, noli extolli, quasi pro sanctitate tua te Deus exaudierit, & pro tui dilectione fecerit quod rogasti; sed cogita quōd pro sua bonitate id facere per se disposuerit, vel aliorū bonorum preces potiūs attēderit: & gratias age Deo, qui te suæ dispositionis cooperatorem habere, & aliorum suorum amicorum orantium in hoc participem facere dignatus est, vt in orationis actu & pietatis affectu merearis exaudiri, & in exauditionis fiducia consoleras, & ex petitionis tuæ impletione lætificeris, & ex his crescas in amore Dei, qui benignè procurat nobis occasiones quibus ad orationis præsidium compellimur, vt imminētes molestias euadamus; vel bona desideria inspirat, quæ orando compleri postulamus: vt cū rogatus exaudierit, magis ametur à nobis, & tanto sollicitiūs eius voluntati parere studeamus, quo cum nostris desideriis piè & promptè fauere & obedire videmus.

De causis quare non exaudiuntur orantes.

CAP. LXXI.

CAUSAE autem quare non exaudiuntur orantes plures sunt, Aut ex meritis culpæ orantis. Esa. Cū multiplicaueritis orationem non exaudiam. Et causam subiungit: Manus vestræ sanguine plene sunt, id est, peccato. Ioan. Scimus quia peccatores Deus non audit. Esa. Peccata vestra absconderunt faciē eius à vobis ne exaudiret. Aut ex tepore orandi: quia nō feruenter & deuotē oramus. Ier. Orabitur & exaudiam vos, cū quæsieritis me in toto

toto corde vestro, quasi dicat, non aliter. Aut
 quia non perseverat in oratio, donec obtineat.
 Luc. Si perseverauerit pulsans, propter impro- Luc. 11, 8
 bitatem eius surget & dabit ei. Iud. Scitote Iud. 4, 12
 quoniam exaudiet preces vestras si permanse-
 ritis. Aut ex diffidentia exauditionis. Iac. Qui Iac. 1, 6
 enim hæsitat non æstimet quòd aliquid acci-
 piat. Eccli. Ante orationem præpara animam Eccli. 18, 23
 tuam: & noli esse quasi homo qui tentat Deū,
 scilicet si velit audire. Aut quia nocuum vel
 indiscretum est quod petitur, sicut filij Zebe-
 dæi. Matth. Nescitis quid petatis. Iac. Petitis Mat. 20, 22
 & non accipitis, eo quòd malè petatis. Deu- Iac. 4, 3
 teronom. Cum ploraretis coram Domino, non Deut. 1, 45
 audiuit vos, neque voluit acquiescere voci
 vestræ. Aut vt magis ad petendum quis pro-
 uocetur. Gregorius: Sancta desideria dilatio- Hom. 25. in
 ne crescunt.] Aut vt tanto cautiùs custodiatur Euang.
 acceptum, quo difficiliùs impetratur. Chryso- Vide Chry-
 stomus: Deus ad hoc beneficium suum protra- sof. hom. 30
 hit, vt non sit nobis vile quod donat.] Aut vt in Gen. sub
 humilietur orans dum tardiùs exauditur: & sic finem.
 duo bona proueniunt, videlicet vt insolens
 reprimatur elatio; & tamen petitionis nõ cas-
 setur effectus. Aut vt in aliud tempus exaudi-
 tio differatur magis congruum & vtile peten- Exod. 33, 18
 ti. Sic Moyses gloriam Dei sibi ostendi peti- Mat. 17, 22
 uit, quam non tunc, sed postea meruit videre.
 Aut vt aliorum etiam suffragiis quærat iuua-
 ri, ne fortè ardua petitio vel præsumptio eum
 reprimat. Sicut Ezechias misit ad Esaiam, vt 4. Reg. 19, 1
 oraret pro se & pro populo. Et Iosias ad Hol- Isa. 37, 2
 dam Prophetissam. Item ad Roman. Obsecro 4. Reg. 22,
 vt iuuetis me in orationibus vestris: vt liberer 74.
 ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Matt. Si duo Rõ. 15, 30
 ex vobis consenserint, &c. Aliquando etsi ne- Mat. 18, 19
 gatur vnum quod fortè minùs expedit, pro eo
 datur aliud vtilius & melius. Vt Paulo cui sti- 1. Cor. 12, 7

358 S. BONAVENTURAE
mulus carnis non est ablatuſ, vt virtus in infirmitate perficeretur in eo. Vtilior ſæpe eſt exercitatio tribulationis, quàm quies proſperitatis, licet hanc plus optemus. Ex his per contrarium poteſt aduerti, quæ valeant ad exauditionem orationis, id eſt, culpæ remotio, feruor & Inſtantia, fidei confidentia, humilitas, & aliorum ſuffragia, & acceptæ gratiæ cum gratiarum actione ſtudioſa conſeruatione, & vt ea tantum petantur à Domino, quæ ipſe nouit magis expedire, & quando.

De ſpecialibus orationibus.

CAP. LXXII.

DE SPECIALIBVS autem orationibus, quas quidam habere ſolent, vtrum expediat eas dici certis horis vel diebus, Nota quòd quibusdam magis expediunt, & quibusdam minùs. Incipientibus & rudibus hominibus, & affectu deuotionis necdum imbutis magis expediunt; vt ſaltem conſuetudo moueat ad orationis ſtudiũ, ne ſemper vagi circa exteriora, à Deo ſiant alieni, & frigidi torpeant, & nunquam aliquo deuotionis igne caleſcant. Deuotionis autem affectu imbuti, & amplioris cum Deo familiaritatis gratia ſubleuati, ſi nimis psalmodum & ſimilium orationum multiplicationibus intèdunt, ſpiritum obruunt, deuotionẽ impediunt, cordis libertatem quaſi quodam pondere prægrauant, dum melioribus oblati, minùs pro illo tempore vtilibus ſcrupuloſius inhærent. Vtuntur tamen & ipſi plerunque huiusmodi orationum ſubleuamento quaſi quodam aſſu, donec flamma deuotionis accenſa, verborum ſollibus non indigeat; puriùs per ſe flagrans, & tranquilliùs in ſublime extollens.
Et